



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Missa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

auia, si velit, 4. propinquior cognatione mas,  
5. aliquis à Iudice.

\*Vide Mol. d. 220. col. 1028. 28.

10 Spurio non datur à lege tutor, pater, aut  
mater, sed à Iudice naturali datur.

11 Tutor non potest esse minor viginti quin-  
que annis, nisi fortè mater, nec Religiosus,  
nec foemina, nisi mater, aut auia; nec Clericus  
in sacris, si non vult, nec Episcopus, nisi mis-  
rabilium. Horum verò tutelam recipere te-  
nentur & Episcopi, & Clerici, & Religiosi:  
quod ego de Religiosis in vniuersum non ad-  
mitto. \*Vide Mol. d. 221.

Episcopus } Vide Fum. tutela nu. 2. Syl. eod. 3.

12 Acquisita per tutorem ex rebus pupilli,  
sunt pupilli. \*Vide Mol. l. c. d. 1049. Syl. l. c. n. 4.

Minoris bona tanta diligentia, quanta sua  
tutor, aut curator administrare debet. l. à tu-  
tor ff. de adm. tut. vide Mol. d. 224. col. 1047.

Curator rebus minoris præcipuè datur; &  
ideò nequit irritare vota illius personalia, vt  
tutor, qui impuberi viro vsque ad 14. annum,  
foeminæ vsque ad 12. expletum datur, curator  
autè huic succedens vsque ad 25. Mol. d. 220.

*Missa, vide Altare, Episcopus, Excommuni-  
catio, Irregularitas, Parochus,  
Residentia.*

1. **H**OSTIAM oportet ex tritico confici:  
entè in alia specie frumenti conse-  
crare

crare non licet. An verò factum teneat, non  
conuenit inter Doctores.

\* De Missa multa *Azor. l. 10. à c. 18. t. 1. Suarez*  
*t. 3. ad 73. Tol. l. 2.*

\* Vide *Fum. Euch. 1. Sy. Euch. 1. nu. 2. Val. de*  
*Euch. à num. 19.*

2 Potest in necessitate consecrari in musto  
expresso ex uuis.

\* *Sor. d. 9. q. vnic. art. 5. Vial. de Euch. num. 40.*  
*Suarez l. c. d. 45. sect. 1. col. 3.*

3 Congelati vini consecrationem tenere  
quidam aiunt; alij negant: ego validam puto;  
est enim vinum etiam cum est congelatum.

\* Vide *Vial. num. 39. & Suarez d. 45. sec. 1.*

4 Secundum aliquos est etiam panis qui ex  
aqua non naturali fit, quem proinde putant  
idoneum consecrationi. Sed communis sen-  
tentia est contraria.

5 Sufficiunt quidem ad consecrationem vi-  
ni hæc sola verba. Hic est calix sanguinis mei:  
vel: Hic est sanguis meus. Sed non licet alia  
eiusdem formæ, quæ sunt in Ecclesiæ usu, om-  
mittere.

6 In dubio probabili quod defuerit aliquid  
ad consecrationem necessarium, potest etiã  
post longam moram repeti forma consecra-  
tionis sub conditione mentali, si non est cõ-  
secratum.

7 Præter Corporalia, adhibenda lintea duo  
quamquam vnum sufficit, si sit duplicatum.

T 7

Potest

Potest, & quis, secundum quosdam, in necessitate uti prophanis linteis, eaque postea redere Domino suo utenda.

\* *Suarez l.c.d. 81. sect. 6. col. 1. Syl. missa. 1. 2.*

Utenda neque enim necesse esse benedicta, *ibid.*

De calice. Et vestib. *Azor. l.c.c. 28.*

8 Calicem & patenam oportet saltem ex stanno esse, aut plumbo.

\* *Syl. vers. calix, Suar. l.c. sect. 7.*

9 Potest quis uti stola pro cingulo, & manipulo pro stola.

\* *Vide Suar. d. 82. sect. 2. Azor. c. 28. q. 8. Naua. c. 25. nu. 84.*

10 Cingulum non est necesse, esse benedictum, secundum *Rich. & Scot. apud Naua. c. 25. nu. 84.* nec linteum quo calix operitur.

\* *Suar. l.c. col. 3. ex Conc. Rhemen. inter Sacerdotales vestes, cingulum etiam innumerat, & col. 6. omnes benedictas esse oportere, ait, ex c. vestimenta de consecr. d. 1. & ex Romano Pontificali. Nau. l. 3. conf. cōj. 2. de consec. cinguli benedicti meminit Sa. sequitur Syl. missa, 1. nu. 2. sect. & Rich. Cingulum benedicendum est Nau. c. 25. num. 84. Azor. c. 28. q. 9.*

11 Ex duplicata stola, vel casula, seu planeta possunt fieri duæ, & ex stola cingulum, sine alia benedictione.

\* *Azor l.c. cap. 28. q. 8. Suar. d. 83. sect. 2.*

12 Cingulum

12 Cingulum fractum potest nec̄ti, si pars altera non sufficit.

\* Si sufficit pars adhibeatur: nam si nec̄tatur, amittit benedictionem *Suar l.c.*

13 Nec ob vitandam mortem quidam aiunt celebrandum sine vestibus sacris, aut libro: at melius alij, Ecclesiam non obligare cum tanto periculo.

\* Vide *metus 2.*

14 Omittenda quidem Missa etiam in necessitate, si non potest ritè peragi.

15 Celebrare sine calceamentis, si absit contemptus, non est mortale: est autem si celebretur corporalibus valdè immundis.

\* Calceamentis } *Suarez. d. 83. sect. col. 3. Tol. l.c. 2. numer. 11. & est autem } Sylu. l.c. Suarez d. 81. sect. 6. in fine.*

16 Corporalia lauant Diaconi, vel Subdiaconi, itemque purificatoria, & prima ablutio in piscinam mittitur: semel verò ita lota, possunt tradi Monialibus iterum lauanda & reficienda.

\* *Suar. l.c. sect. 7.*

Monialibus } *Caiet. vers. mulierum peccata.*

17 Potest quis ex causa operto capite celebrare, vel amictu, vel pileolo, saltem vsque ad consecrationem, vitandum tamen scandalum, & debet fieri de licentia Episcopi. *Vide cap. Nullus de conf. d. 1.*

\* Ut incommodæ valetudinis causa. *Turrecrem.*

*crem. in c. Nullus de consecr. 1. Nau. consil. 4. de celeb. miss. Azor. l. c. c. 28. q. 16.*

18 Non licet Missam celebrare sine ministro, iuxta Rubricam Missalis, & Ecclesiae consuetudinem.

\* Vide *Turrecrem. in c. Hoc quoque de consecrat. d. 1. Azor. c. 29. q. 3.*

19 Super mare aut fluuium, si timetur sanguinis effusio, celebrare non licet; si non timetur, putarim licere: sed standum erit consuetudini receptae.

\* *Nau. c. 25. num. 82. Suar. d. 81. sect. 3.*

20 Licet in necessitate extra ecclesiam celebrare sine Episcopi licentia, vt si quis sit in itinere, aut Ecclesia populum non capiat, nec id prohibetur per Conc. Trid. *Nau. c. 25. numer. 81.* Extra necessitatem vero si fiat, & absit contemptus, & scandalum, non est mortale. Potest quidem Episcopus dare licentiam celebrandi in Capella domus priuatae, & sub dio.

\* *C. Sicut de consecr. d. 1. Nau. Suar. l. c. modo viaticum altare adsit, & alia necessaria.*

*Trid. 3. sess. 22. Nau. l. c. & Suar. in fine.* Extra necessitatem *3. Sot. dist. 13. q. 2. art. 3. contrariū docet Sua. l. c. col. 1. ex c. nullus. & c. sicut de consecrat. d. 1.*

Potest iusta de causa *Suar. l. c. Azor. l. 10. c. 26. q. 3. ex Congreg. Conc.* putat non posse Episcopos hanc facultatem concedere.

21 Cceptum

21 Cœptum sacrum potest ex causa omitti,  
& ab initio repeti, nisi esset iam facta oblatio.

22 Non est mortale celebrare ante dictum  
Matutinum, etsi quidam putant solam gra-  
uem necessitatem excusare à mortali: certè  
quem morb. impedit dicere Officium, potest  
celebrare.

\* Non est } *Sot. l. 10. q. 5. art. 4. d. 13. art. 2. q. 7.*  
*Carbo de legibus lib. 9. d. 5. Suarez dist. 82. sect. 1.*  
*Sylu. Missa. 1. q. 6. Arrag. 2. 2. q. 83. art. 12. Contra-*  
*ria opinio est magis communis. sic Gab. Ant.*  
*Palud. Host. Tab. Ang. Fum. Navar. c. 21. num. 31.*  
*de hor. can. c. 21. nu. 29. Francolinus, de tempo-*  
*ribus horarum c. 42. refellit Sotum; & hanc*  
*sententiam tutiorem, & probabiliorem putat*  
*Azor. lib. 10. c. 28. q. 17. Graff. lib. 2. c. 40.*

Certè } *Azor. l. c. q. 18. Sot. l. c. Tol. lib. 2. c. 14.*  
*numer. 2.*

23 Celebrare in Parasceue non licet, etsi qui-  
dam licere putent, in die Cœnæ licet, & Sab-  
bato Sancto.

\* Parasceue } *c. Sabbatho, de consec. d. 3. Suar. d.*  
*80. sect. 1. ex communi: potest tamen quiuis Eü-*  
*charistiam sumere. 16. ex Amal. Dur. Greg. Ma-*  
*gno, contra Francolinum.*

Die Cœnæ } licere priuatim celebrare ait  
*Nau. c. 25. numer. 88. Sot. l. c. q. art. 2. Suar. l. c. se-*  
*cretò, & sine scandalo: sed negat Francoli-*  
*nus, ob contrarium vsum; idemque ferè do-*  
*ctet Azor. l. c. q. 5.*

Sab-

Sabbatho concedit *Sot. l. c. Suar. l. c. in fine*, licere ob iustam causam, amoto scandalo, eo die priuatim celebrare, idem tradit *Azor. l. c. q. 9.* dum venia à superiore petatur; at Francollinus *l. c. c. 30. Nau. l. c.* mortale id crimen arbitrantur.

24 Eodem die potest quis plures Missas dicere ob populi necessitatem, & cum causa honesta postulat, vt cum aduenit qui Missam in festo non audiuit. *Vide de celeb. Mis. c. 3.* Explicationem vide apud *Syl. V. Missam numer. 7. Nau. c. 5. nu. 88.*

\* Vide *Tol. l. c. toto c. Nau. l. c. numer. 87.* qui septem casus enumerat; *Suarez dist. 80. sect. 3. Azor. l. c. c. 24. q. 6. Dur. de ritib. eccles. ex Strabo. c. 21. de reb. eccles. refert, Leonem Pontificem septies, & nouies vna die celebrasse. Vide etiam Graff. l. 2. c. 40.*

20 Pollutio inuoluntaria non impedit celebrationem eo die: pollutus autem voluntariè, si post confessionem celebret, peccat, sed non mortaliter.

\* Nisi ex congruentia. *Sot. d. 12. q. 1. art. 7. col. 1. D. Th. 3. p. q. 80. ar. 7. Azor. c. 31. q. 12. lib. 10.*

Si potest si sine iusta causa: cum scandalo autem, & temeritate esset fortè m. p. *Sot. ibid. col. 10. vide Azor. c. 31. q. 13.*

26 Irregularis celebrans ob iustum metum excusatur, itemque excommunicatus, nec tunc fit irregularis. Dicunt & quidam, non ieiunium



ieiunium posse ad vitandum scandalum celebrare: de quo vide infra; id enim admiserim excepta iam Missa.

\* Vide *Ang. Eucharistia 2. numer. 6. Syl. eod. num. 9.*

27 Non licet ante auroram notabiliter, & post meridiem Missam celebrare sine dispensatione. Ita Rubricæ Missalis, & Ecclesiæ cōsuetudo. Licet tamen secundum mentem *Ant. Syl. & Ang.* propter necessitatem communicandi ægrotum morti proximum de licentia Episcopi, vel etiam sine ea, ut vult *Nauar. c. 25. num. 25.*

\* *Sot. d. 13. q. 1. art. 3. in fin. ob infirmos, Viff. nu. 97. Nau. c. 25. num. 85.* Hora, & dimidia ante solis ortum *Suarez l. c. sect. 4. col. 3.* vbi existimat primam, secundam, tertiam missam Natiuitatis Domini noctu posse celebrari ex *c. Nocte sancta de consec. d. 1. contra Nau. conf. 1. de celebr. miss. Syl. missa 1. §. 6.*

Post *Nau. affirmat c. 25. nu. 85. & de hor. can. c. 21. num. 31.* quam singularem sententiam reprobatur *Azor. l. c. c. 25. q. 2. existimans, q. 6.* mortiferè eos peccare, qui sine iusta causa tertia horæ parte ante auroram, vel post meridiem sacrum faciunt communem sententiam, ut sacrum in meridie plus, minusve absoluatur, consensus Doctorum *Gab. Io. And. Sot. & aliorum* praxisque probat: Episcopus tamen iustis de causis cōcedere potest, ut ante aurorã, & post

& post meridiem sacrum fiat. *Suarez l.c.*

28 Qui consecrat duas hostias putans vnam, vtramque consecrat, intendit enim consecrare quod habet in manu.

29 Acceptæ particulæ vt consecrentur, etiam si in consecratione de eis nihil cogitetur, sunt verè consecratæ, ob virtualem intentionem.

30 Qui aduertit hostiam consecratam esse corruptam, aliam consecrat, incipiendo à, Qui pridie; &c. vsque ad, Simili modo, &c. exclusiue, deinde ad locum transeat quo peruenerat, tandemque illam hostiam corruptam sumat post sumptam calicem, vel seruet.

31 Qui sumpta hostia deprehendit aquam esse pro vino positam in calice, si in loco publico est, infundat vinum veluti ad abluionem, & clam consecrat, & sumat; quod si in priuato nouam hostiam etiam sumat, & cōsecrat, incipiendo à, Qui pridie, &c. Aqua verò mittatur in piscinam quæ solet esse propè altare. Quod si quis pergat in Missa, & ista ex ignorantia vel perturbatione omittat, non peccat mortaliter.

\* De erratis, quæ in sacro accidere possunt *D. Tho. 3. p. q. 83. art. 6. Azor. l. 10. c. 33. Nauar. c. 25. à nu. 89. Tol. l. 2. c. 9.*

Qui sumpta; *Nau. l. c. numer. 91. Azor. l. c. q. 5. Tol. 2. c. 9. nu. 4.*

32 Qui cœpta Missa recordatur se non esse ieiunum,

ieiunum  
dalum  
gulare  
et irreg  
cato m  
tat etia  
illud co  
dalo N  
comm

\* Az

numer.

Nec

Tol. l. 2.

ead. 3. p.

33 Si v

consec

tum co

tantur.

\* Vid

34 Ho

trahi,

verò co

tantur,

euomar

\* Vid

35 Si h

adhibea

l. c. nu. 9

36 Post

particul

ieiunum, pergat, si alioqui sequeretur scandalum, itemque si se tunc aduertit esse irregularem, aut excommunicatum: nec ideo fiet irregularis. Quod si aduertit se esse in peccato mortali, conteratur, nec Missam omitat etiam si possit sine scandalo: debet tamen illud confiteri ante Secreta si possit sine scandalo *Nau. c. 25. numer. 76.* Vel quamprimum commodè poterit. *Conc. Trid. ses. 13. c. 17.*

\* *Azor. l. c. q. 2. ex communi; Nau. de orat. ca. 16. numer. 38.*

Nec ideo? *Maiol. de irregul. l. 3. c. 21. num. 16. Tol. l. 2. c. 9. nu. 2. Nau. l. c. Syl. Eucharistia 7. Ang. eod. 3. §. 2. contra Palud. & alios.*

33 Si venenum sit in vino consecrato, aliud consecratur, & illud stupa collectum, & siccatum comburatur, & cineres in piscinam mittantur.

\* *Vide Azor. l. c. q. 3. Tol. l. c. num. 3.*

34 Hostia ab animali comesta, si potest extrahi, seruetur donec corrumpatur, animal verò comburatur, & in piscinam cineres mittantur, itidemque videtur faciendum si quis tuomat Eucharistiam.

\* *Vide Azor. l. c. q. 8.*

35 Si hostia calici hæret, aut palato, toties adhibeatur ablutio; donec deglutiatur. \* *Nau. l. c. nu. 90.*

36 Post ablutionem si apparent reliquæ aut particulae consecratae, quæ non possint facile asserua-

asseruari: sumi possunt à Sacerdote, dum adhuc est in altari.

\* *Vide Nau. l. c. ita. Azor. l. c. c. 30. in fine.*

37 Si sanguis cadat super tabulam, lambatur hæc, & radatur; si super mappam, sugatur. & lauetur; deinde rasura, vel ablutio in piscinam mittatur. \* *Tol. nu. 6. Nau. nu. 89. l. c.*

38 Si Sacerdos non possit Missam absolute, siquidem nondum consecrauerat, perfici potest per alium ieiunum: si consecrauerat, & non communicauerat, perficere potest, & secundum quosdam etiam debet alius, etiam non ieiunus, non autem excommunicatus, aut suspensus, aut irregularis. Quòd si desit qui perficiat, sequenti die sumatur ab illo in alia Missa Sacramentum. *Suarez disput. 85. sect. 1.*

\* *Sot. d. 13. q. 2. ar. 6. D. Thom. 3. p. q. 83. art. 3. ad 1. Azor. q. 1. Tol. nu. 1. l. c.*

Etiam non ieiun. } *Sot. Tol. l. c. immo, si solus adsit sacerdos excommunicatus, aut irregularis, & ex sacri omissione secuturum sit graue aliorum scandalum, perficere potest: alias non. Azor. l. c. ex Sot.*

39 Missa sicca celebratur sine planeta, cum vestibus reliquis sacris, vel superpelliceo cum stola in modum Crucis, & candelis: non fit autem conuersio ad populum, non consecratio, nec ea, quæ ad oblationem pertinent.

40 Non potest celebrari pro excommunicatis,

tis, ni  
dantur  
libus p  
uersios  
secreto  
rismi v  
72. 7  
\* *Vid*  
73. c. 27.  
Conu  
41 Cu  
telligit  
domici  
tur etia  
pertinet  
42 Miss  
offerent  
Offeren  
stantes,  
runt. Ai  
deuotè  
\* *Vid*  
q. 3. art.  
ferentes  
43 Miss  
ticularit  
ratur, ne  
pro illis  
q. 10. Tab  
Nauar. 2,

tis, nisi Excomunicatio sit inualida, aut credantur dolere de peccatis: tunc enim pro talibus potest Missa applicari, & etiam pro conversione infidelium, & pro vtrisque orari, secreto in Missa. Explicationem huius Aphorismi vide apud *Nau. in com. de orat. c. 19. nu. 48. 72. & 73.*

\* *Vide Azor. c. 22. q. 1. Nau. de orat. c. 19. nu. 72.*

*73. c. 27. num. 36. Quar. in c. Alma. p. 1. §. 6. nu. 4.*

Conversione alij negat. vide *Azor. Nau. l. cit.*

41 Cum in Missa oratur pro Antistite, intelligitur Episcopus loci, vbi Sacerdos habet domicilium; nomine verò Regis intelliguntur etiam filij, & vxor, & quicumq; ad ipsum pertinet.

42 Missa habet effectum, secundum affectum offerentium, & eorum pro quibus offertur. Offerentes autem dicuntur etiam circumstantes, & qui pro Missa eleemosynam dederunt. Aiunt autem quidam, vtilius esse altare deuotè Missæ, quàm curare pro se offerri.

\* *Vide Pet. Nau. l. c. 2. nu. 295. Sot. l. c. 20. q. 9. q. 3. art. 1. Azor. l. c. 9. cap. 21. q. 2. vers. Quando offerentes vide P. N. l. c. nu. 340.*

43 Missa plus illis prodest, pro quibus particulariter offertur. Quòd si pro multis offeratur, non tantundem singulis prodesse, ac si pro illis solis offerretur, docent: *Syl. Missa 1. q. 10. Tab. verb. restitutio. §. vlt. Sot. lib. 9. q. 3. art. 9. Nauay. 25. numer. 9. Scot. quodlib. 19. Tql. lib. 2. c. 8.*

vbi

vbi appellat communem sententiam, & latissimè Suarez tom. 3. disp. 79. sect. 12.

\* Scot. quodl. 20. negat missam pro pluribus tanti valere, quanti si pro vno offerretur; cōtra Caiet. quodl. 1. q. 18. & 3. p. q. 79. artic. 5.

De hac re lege *Sot. d. 13. q. 2. artic. 1. col. 12. & lib. 9. q. & art. 2. Pet. Arrag. 1. 2. q. 85. ar. 3. vbi multa. Coro. Confess. p. 4. c. 5. nu. 7. Azor. lib. 10. c. 25. q. 1. Pet. Nau. l. c. à nu. 243. qui cum Caiet. Rich. Sylu. Missa. 1. q. 9. Ang. 16. numer. 52. Cano. de locis theol. l. 12. c. 13 ad 10. Corduba meritorium, & satisfactorium missæ fructum ex operato de condigno tantum singulis, si pro multis offeratur, prodesse, quantum vni prodesset, si pro vno offerretur, multis probat. de hac re etiam Suarez d. 79. sect. 11. Bellar. l. 2. de missa. c. 4. cum communi probat tanti sacrificij valorem nobis finitum esse. idem ferè Azor. l. c.*

44 Illud certum est sacerdotem si vni debeat vnā Missam, & alteri alteram, non satisfacere si vnā dicet pro vtroque simul. Idem Doctores, qui supra.

\* Duas eleemosynas pro vnica missa accipi posse, ait *Sot. l. 9. q. 3. ar. 1. negat Cord. l. 1. q. 4. dub. 2. Nau. c. 25. nu. 92. ait Caiet. Syl. Ang. Fum. Palu. vnica missa posse sacerdotem multis, quibus promisit, satisfacere (lege P. Nau. c. nu. 320) quod tamen non probatur, idem Arrag. l. c. probat verò, etiam à diuite sacerdote posse duas eleemosynas honestæ sustentationi necel-*

necess  
Suarez  
stia.

De  
sect. 1. 2

45 C  
Missis à

pretio  
sibi reti

dicenda

\* Ita  
contrar

Nau. c. 25

46 Ob  
tur salua

obligati

\* c. Signi  
tidie cele

gnificatum  
preben.

47 Qui  
gnato, del

\* Azor  
48 Oblig

sam, vt pr  
illius d. i.  
semiduple  
pro defun  
49 Vident  
aliter. Præ

necessarias accipi, idem *P. N. l. c. nu. 234*. Vide  
*Suarez d. 81. sect. 2. & Pet. Sot. lect. 9. de Eucharis-*  
*stia.*

De missæ stipendio multa *Suarez dis. 86.*  
*sect. 1. 2. 3. 4.*

45 Cui datur certa summa pecuniæ pro  
 Missis à se dicendis, potest alios pro minori  
 pretio conducere qui adiuent, & reliquum  
 sibi retinere, secus est si accepisset, vt curaret  
 dicendas per alios.

\* *Ita Sot. l. 9. q. 3. art. 1. Suar. l. c. sect. 3. in fine.*  
 contrarium placet *Maiol. 4. di. 45. q. 3. dub. 2.*  
*Nau. c. 25. nu. 91.*

46 Obligatus quotidie celebrare, intelli-  
 gitur salua honestate, & deuotione, nisi esset  
 obligatio per se, vel per alium celebrandi.

\* *c. Significatum. de præb. Nullus tenetur quo-*  
*tidie celebrare, & obligatio non valeret. c. si-*  
*gnificatum. l. c. Tol. l. 2. c. 3. Nauar. consil. 6. de*  
*præben.*

47 Qui non potest celebrare in loco desi-  
 gnato, debet in alio celebrare.

\* *Azor. l. 10. c. 24. q. 8.*

48 Obligatus dicere quotidie certam Mis-  
 sam, vt pro defunctis, potest dicere Missam  
 illius diei, si est festum; quòd si est duplex, aut  
 semiduplex, de illo debet celebrare, & non  
 pro defunctis. \* *Ita frè Azor. l. c. c. 32. q. 5.*

49 Videntur etiam quibusdam peccare mor-  
 taliter Prælati Collegiatarum Ecclesiarum,

V

aut

aut Conventualium, si non curēt in eis quotidie, cum possit, celebrari.

50 Nauarrus ait peccare ita Missam submissè celebrantem, vt circumstantes non possint audire. Addunt, & quidam non illepide, Missam debere celebrari cum A. B. C. D. id est, altè, breuiter, clare, deuote. \* Ita etiam *Fum. Oratio. nu. 4.*

51 Missam cantentem præstat audire, quam alij cantant, quam interim per se legere, ita *Nauar. in Com. de orat. cap. 22. numer. 101.* Sed contrarium habetur in Rubr. Missalis, cui standum.

\* *Nau. de orat. & hor. canon. c. 22. nu. 101.* sed contrarium obseruandum ex missali.

25 Celebrans coram Episcopo in eius Diocesi, dicat in Confiteor: Et vobis pater, & fratres. In fine autem Missæ, inclinato capite, exspectet ab ipso licentiã benedicendi: deinde benedicat alios, at non illum: tum se illi iterum inclinet, velut exspectans benedicendi: denique omnibus absolutis, faciat ei reuerentiam.

53 Clericus peregrinus non admittendus, ad diuina officia sine litteris commēdatitijs sui Ordinarij. Ex Trident. Qui tamen est alioquin notus, & creditur non habere impedimentum, potest admitti, & permitti celebrare.

\* *Trid. 3. sess. 23. c. 16. in fine.*

i N  
rochi  
stiana  
\* De  
precep  
c. 21. a  
2 Sat  
Missar  
quosd  
pistola  
audit à  
pore M  
farijs, &  
modo  
nius M  
qui auc  
pœnite  
non ad  
\* Epi  
Euar  
non eff  
Legi  
dit Suar  
Qui  
l. c. cap. 7  
Simu  
de confess